

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

### **Promptvarii exequialis pars ...**

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive  
scripturae dicta varia ...

**Bidembach, Felix**

**Francofurti, 1625**

Thema LXXXIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](#)

geritur consolationibus blandissimis: sicut de Lazarō dicitur. Frustratur solatio. Luc. 16. vers. 25. Patienter igitur omnina ferenda sub hac spe.

F I N I S.

## THEMA LXXXIX.

Esa. 26. vers. 16

*Dominine in angustiis requirunt te: quando castigas illos clamant anxie.*

## D I S P O S I T I O

In hoc capite [Esa. 26.] canticum habetur, in quo Prophetā subinde miscet lāta tristib⁹. Dū enim recenset varias Ecclesiæ calamitates, in his terris, semper interim consolationes varias immiserit & recesserit beneficia, quibus pīi gaudeant. Ita & hoc loco de Ecclesiæ tribulationibus & angustiis loquitur, quas comparat doloribus & gemitibus parturientis. Interim tamen verbis prælēdiis ostendit, quem habeant illæ tribulationes usum. Et sanc in genere, crux est pīi quidem lignum amarum & acerbum: at salutare & utilissimum tamen. Est autem ea, quæ hoc loco recensetur, inter præcipias crucis utilitates non minima. Occasione itaq; loci huius, de vīo crucis pīorum dicemus. Et quia quinq; præcipias sunt utilitates crucis, Nos ex hoc & aliis scripturæ locis, de illis ordine dicem⁹. Primo tamen loco de his, quæ Textus insinuat præsens.

## I. Vīsus Crucis.

Non hanc ob causam Dominus affligit suos, quod ipsos oderit: (de illis enim quos Deus odit dicitur, *Dū lässest sie frey gehen / Ierem. 12. v. 3. & non sunt in periculis mortis, &c. Psalm. 73. v. 4.*) sed quod tribulationes maxime sunt fructuose pīi.

Hic est autem unus inter præcipios fructus crucis & calamitatum, quod docet homines orare, & adducit illos ad Dominum,

Jai.

THEM

latus Lat. 7

stet al Chri

psuedio, fi

Quod &amp; de m

cūdūm el

Si cūdū

do cūdū

tūca &amp; pacce

Atq; angu

man bīdūr

tūca, ocul

Quod si m

colectiūdū

ou, pūndū

At cūdū

dūdūm,

mōtūs hōr

Eggregi

accēdēc

pīca

Vīsus

optimū

angustiū

L. Ne

re quod o

tūm ater

qua Diab

hoc fūmū

te rādēcū

Wītūm fūmū

fūtūm lōu

j. Vīdē

mōtūdū

vītūm fūtūm

De hītūm

De rādēcū

Wītūm dūbū

Iairus Luc. 7. & Régulus Ioan. 4. & alii nunquam venient ad Christum, nec ipsum inuocassent aut rogaſſent pro auxilio, si non illos calamitas exercuſſeret domestica. Quod & de menstruata & Chananaea atque multis aliis credendum est. Matth. 9. & 15.

Sic multi non orarent, imo de Deo non cogitarent, si non affligerentur ab ipſo, & necessitas exprimeret illis gemitus & preces.

At in angustiis constituti Dominum querunt. Nam manu ſoſt uirgend hinauſſ weif. Dum neſcimus quid faciamus, oculi noſtri ad te uſpiciunt. 2. Paral. 20 v. 12.

Quod ſi maxime oremus interdum, fit id potius ex conuictudine quadam, quam ex corde. Sæpe os tantum orat, corde longe abſente.

At cum caſtigantur, ibi tum anxietas iubet orate ardentiffime. Qualis eſt illa oratio Hiskiae Eſa. 38 v. 14. cum mortis horor aderet.

Eḡ regium itaque lignum crux, quod corda frigida ſic accendere & inflammare potest, ut ardentiffimas fundant preces.

Vſu huius loci erit, 1. Ut ſciamus unum hoc remediu optimum eſſe in tribulationibus, ut arripiamus preces. In angustiis tui recordor. Psal. 77. v. 2. & 5.

2. Nec existimandum, Deum propterea nos afflige, re quod oderit, & à conſpectu ſuo nos remouere, aut faciem auertire velit: ſed inquietendꝝ haꝝ cogitationes, quas Diabolus inſtillare mentibus noſtriſ conatur, & hoc firmiter tenendum, Deum propterea grauius premetre ut ardentiores efficiat preces. Und ex mag. ſcriben daz Wir nur ſtarck ruffen. Inuoca me in die tribulationis, Psal. 50. v. 15. Inuocabiſ me, Psal. 91. vi. 5.

3. Videmus non ſatis eſſe orare, ſed inſtanter & ardentiter orandum. Vehemens oratio fiebat pro Petro, Act. 12. v. 5. De his ſupra ſepiū.

De exauditione precum alias Et Eſa. 65. v. 24. Ideo de illa non dubitandum.

T

Audit

Audit autem, si non ad voluntatem, tamen ad utilitatem nostram.

4. Hoc unum addemus: Si seria nostra sit precatio, & ex corde pœnitenti fluat, non debere nos ultra esse sollicitos: An sit placens Deo, an satis ornata, & sufficiens. Nos enim nescimus quid oremus; ut Spiritus sanctus (qui propter ea spiritus precum dicitur Zachar. 12. v. 10.) format orationem, ut sit accepta Deo, Rom. 8. ver. 26. & non impudentum, sed & filius etiam Dei interpellat pro nobis. Ibidem vers. 34.

#### II. Vsus Crucis.

Præter hunc, quem scriptura nobis hic ostendit, alii plures sunt fructus calamitatum.

Etenim sic affligit Deus pios, ut mortificet peccatum, quod adhuc haeret in illis.

Huc pertinent illa Jerefrn. 10. v. 11. & Jerem. 46. v. 28. Es. 28. vexatio dat intellectum. Et 1. Pet. 4. v. 2. 1. Cor. 11. v. 32. Cum iudicamur, corripimur.

Vsus huius loci: ut non sumus imparientes, sed dicamus id Psal. 119. v. 71. Bonum est mihi,

Antequam humiliater, Psal. 119. v. 67. Jer. 31. v. 18.

#### III. Vsus Crucis.

Sic affligit Deus ut prober fidem suorum, ut alii imitantur exemplum fidelium.

Huc pertinent illa 1. Pet. 1. v. 7. Syr. 2. v. 5 Esa. 48. v. 10. Prou. 27. v. 2 1. Syr. 27. v. 6. Sap. 3. v. 6.

Vsus. Beatus ergo qui suffert tentationes. Jacob. LV. 12. accipiet enim coronam vitæ. Vide ibid.

Huc pertinent illa, Prou. 3. v. 11. & Heb. 12. v. 5. & seqq. multis vsque ad v. 12.

#### IV. Vsus Crucis.

Vt crescat spes & patientia, affligit Deus. De hoc Roman. 5. vers. 2. Tribulatio patientiam, patientia experientiam, experientia spem. Sic enim fastidire discimus hanc vitam,

## THEMA XC. VET. TEST.

291.

vitam, & speramus meliorem. Alioquin non cupemus mori & exire ex hac vita.

Vvss. Speranda ita semper meliora, non in hac vita, vbi semper posteriora deteriora, Matth. 24. v. 22.

### V. *Vfus Crucis.*

Vt manifestum fiat aliam restare vitam, & vt gloria maiori ornari possint afflictii. Huc pertinent illa Matt. 5. v. 4. & 11. & 2. Cor. 4. v. 17.

Vvss. Ergo Deo commendemus animas, 1. Pet. 4. v. 19. & sciamus non esse pares afflictiones, Rom. 8. v. 18.

F I N I S.

## THEMA XC.

Esa. 26. v. 19.

*Mortui autem tui viuent & resurgent, &c. Euigilate & laudate, qui in puluere terra, &c.*

### D I S P O I T T O.

In hoc capite Elaias vers. 14. dixerat, Morientes non viuent, & mortui non resurgent. Hoc vero loco contrariū, post quatuor versus, ponit, Mortui viuent, & cum corporibus resurgent. Numquid enim hēc dicitur μνων, inter se discrepant, & ex diametro. atque omnino contraria nō sunt? At si rectius mentem Elaias considerauerimus, vtrūque verum & nihil hic contrarietatis esse deprehendemus. Loquitur enim de resurrectione ad vitam beatam & gloriosam. Ad hanc resurgent ii, de quibus in verbis praelectis sermo est. Ad eandem autem non resurgent ii, de quibus supra in hoc Capite mentio fit vers. 14. Cum itaque resurgentium non vna & eadem futura sit conditio, inuestigadum nobis primum erit hoc loco, Quinam ad vitam sicut resurrecturi, qui non: quod nobis praesenti loco insinuare voluit Elaias. Deinde etiam vocem illam excitantem mortuos considerabimus.

T 2

I. PART.